# FR. THOMÆ MARIÆ CERBONI

ORDINIS PRÆDICATORUM,

SACRÆ THEOLOGIÆ MAGISTRI,

ET PROFESSORIS IN URBANO COLLEGIO
DE PROPAGANDA FIDE

# DE JURE, ET LEGUM DISCIPLINA

## TOMUS PRIMUS.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

ROMÆ MDCCLXXVI.

TYPIS SACRÆ CONGREGATIONIS
DE PROPAGANDA FIDE.

*PRÆSIDUM FACULTATE.*

# SANCTO PETRO

TRANSFIGURATIONIS DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI TESTI, ET SPECTATORI FAUSTISSIMO, OB MERITUM SUÆ CONFESSIONIS OMNIUM APOSTOLORUM PRINCIPI, ET CAPITI, TOTIUS ORBIS PRÆFECTO, ET MAGISTRO, COLUMINI ECCLESIARUM, ATQUE FUNDAMENTO.

POST multos labores, diuturnasque vigilias, quum eo tandem, Deo juvante, devenerim, ut quæ mihi proposueram, ad exitum perduxerim, & eorum primum volumen, illis, quorum interest, annuentibus, in

# DE JURE, ET LEGUM DISCIPLINA

## LIBER PRIMUS

### DE LEGE UNIVERSE, ET GENERATIM ACCEPTA.

CUM omnis disputatio a definitione proficisci debeat, a legis generatim acceptæ definitione initium sumimus. Est ergo lex " Quædam ordinatio rationis ad bonum commune, ab eo promulgata, qui habet curam communitatis ", sicuti tradit S. Thomas 1. 2. qu. 90. art. 4. Multæ sane aliæ, eæque inter se diversæ, definitiones legis occurrunt apud Philosophos, atque juris tum civilis, tum ecclesiastici peritos; verum lex æterna, aut naturalis, ecclesiastica, vel civilis plerisque earum designatur, nos vero de lege universe accepta, in quam nostra definitio sane quadrat, nunc agere instituimus. In eadem qu. art. 1. ita quoque legem definit S. Thomas: " Lex quædam regula est, & mensura actuum, secundum quam inducitur aliquis ad agendum, vel ab agendo retrahitur ": verum eorum, pro quibus lex ipsa fertur, habi-